Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXXVIII. De Secunda invasione hujus terrae per dictos Principes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

quia juxta vulgare proverbium: Quod cito fit, cito perit, diſponente altiſſimo, Civitates prædictæ & caſtra ſine expenſis & laboribus, excluſis inimicis, ad Dominos Ordinis ſalubriter redierunt.

CAP. XXXVIII.

De

Secunda invaſione hujus terræ per dictos Principes.

Anno Domini 1416. poſt Feſtum Margarethæ Virginis, præfati Principes Rex Poloniæ & Witoldus cum magno exercitu terram hanc modicam iterum hoſtiliter invaſerunt. Et quamvis in diſtrictu Oſterodenſi Civitates & oppida & villas plurimas in cinerem redegiſſent, incolas inhumaniter trucidantes & mactantes, nec parcentes ætati nec ſexui, quod per Tartaros & alios paganorum manus dicitur factum. Tandem terram Culmenſem aſcendentes & multa mala fidelibus inferentes Civitatem Strasburg obſederunt. Et quamvis in hac obſidione multo tempore fortius laboraſſent, nec tamen caſtrum nec Civitatem obtinere poterant; ſed exigentibus eorum demeritis mirabiliter à Deo afflicti per fluxum ſangvinis & equorum hominumque peſtilentiam cum omni damno ſine exaltatione receſſerunt.

CAP. XXXIX.

De

Tertio hoſtili incurſu per prædictos hoſtes huic terræ facto.

Anno Domini 1422. in die B. Mariæ Magdalenæ ſub Magiſtro Paulo de Rusdorf prænominati Rex Poloniæ &

An. Dn. MCCCCXXII. lis oritur inter Regem Daciæ & Dominos Duces Holſatiæ Civitatibus (a) *de Genſa eisdem*